

A facerdotique, & alios proceres, vestes ex iis confectas gestare. Apoll. in hist. mirab.

In majori Phrygia, loca Laodicea proxima oves optimas ferunt, non modo lanae mollitie, qua Milesis praestant, sed etiam colore, unde magnos proventus assequuntur. An. Syl. cap. 61. Asia, ex Strabone.

Loci Mutinenses & Scutanae adjacentes fluvio, mollia & longa alii omnibus praestantiora ferunt vellera. Ligures autem & Insules aspera, et quibus magna Italiae pars domesticis indumenta conficit. Mediocria vero Patavini, et quibus preciosi tapetes, & gaulapia texuntur, & hoc stragula vestis genus, utrinque villos eminentes habens, vel una tantum est supertic. Strabo lib. 5.

Lana laudatissima est Apula, & qua in Italia Graeci pecoris appellatur, alibi Italica. Tertium locum Milesia oves obtinent. Apula breves villos, nec nisi penulis celebres. Circa Tarentum Canusumque summam nobilitatem habent. In Asia vero eodem genere Laodicea, Alba Circumpadanis nulla praefertur, nec libra centos numos ad hoc aevi excessit ulla. Syria cubitalis ovium caudas praefert. Plin. lib. 8. c. 48.

In Atholia Scoutia prope Doundor, mons est, ubi oves dentibus, carne, vellere aurea, unde nomen inditum: superare enim humidum bile tenui persutum, ob aquas, aerem & victum, verisimile est. Velut contraria ratione, in eadem insula iuxta Dunstein Nidifalae oppidum, ovium lana purissima, atque ob id tenuissima, candidissimaque, ex qua contexti panni in Angliam & Gallias deferuntur. Cardanus de rerum varietate lib. 7. c. 31.

QUE QUOLIBET LOCO EXCELLANT.

ANTIPHANES cuiusque civitatis propria quaedam sic recenset. Ex Elide Coquum, ex Argo Lebetem, Philiasium vinum ex Corintho strata, pices Sicyonios, Aegii tibicinas, caesum Siculum, unguentum Atheniense, anguillas Boeotia, Athen. lib. 1. cap. 25. ubi similia quaedam alia enumerat.

M. VARRO in Satyris, quam regis de rebus scriptis, cenarum ciborum exquisitas delicias persequitur, & domicilia veluti cibum, et quibus maximo cum sumptu, nec minore cum Rom. nominis ignominia pererentur, exprobrando proponit. Pavus e Samo, Atragea Phrygia, Grues Melicae, Hecusae Ambraeica, Pelamias Chalcedonica, Murana Tarcentia, Aelli Pestuntia, Oltrea Tarentina, Pectunculus Chius, Elops Rhodius, Scari Cilices, Nucis Thasie, Palma Aegyptia, Glans Iberica. Gel. lib. 7. cap. 16.

LOCA PHYSICE CONSIDERATA SECUNDUM QUALITATES ET INFLUENTIAS.

Huc pertinet

TEMPERIES.

Jonia caeli clementia fruitur maxima. Paus. in Achaicis.

Lacum Genesarensem in Galilea, & temperie caeli maxima, & omni fructuum genere amantissimum esse, scribit Ioseph. lib. 3. cap. 18. belli Iudaici.

Cretam insulam Anaximander a Rege Curetum, Philistides, & Mallores Crates primum Aetiam dictam, deinde postea Curetin, & Macaron nonnulli a temperie caeli appellata existimaverunt. Plin. lib. 4. c. 12.

Alexandriae ac tractu vicino loca sunt adeo letis substructa diversis & aeternis, ac salutari perfratilia temperamento, ut extra orbem versari nostrum sibi videatur, qui in illis agat, quam persaepe vel aprico spiritu innumurantes sentiantur status. Cel. lib. 16. cap. 3. A. L.

Hispania sita est inter Africam & Galliam, ut refert Strabo, & (ut Iulianus subdit) sicut minor utraque terra, ita utraque longe uberior atque salubrior. Nam neque ut Africa violento sole torretur, nec ut Gallia assiduus ventis fatigatur, sed media inter utramque, hic temperato calore, ibi felicibus & tempestivis imbribus gaudet. Rod. Sancius lib. 1. hist. Hispan. cap. 1.

Anglorum regio quocumque anni tempore temperatissima, atque caeli nulla gravitas, adeo ut rari sint morbi, & inde minor medicinae usus, quam alibi: quapropter plures passim homines centum & decem vivunt annos, nonnulli etiam centum & viginti. Polyd. lib. 1.

INTEMPERIES, TUM IN GENERE.

Aera Beotiae vicus, nobilis Hesiodi Poetae natalibus, per caetera ignobilis, ob Heliconis viciniam, ut ille idem ait: *Βοιωτὸν γένος κακόν, διὸρ Ἀργαίον, ἰδιώτ' ἰδόν.*

In Japonia insula calores aestate ferventissimi, frigora hyeme favissima sunt. Typhonis procella vehementissima. Terremotus ita frequentes, ut ad eos incola perire occurrerint. Regio argenti fodinis abundat, caetera sterilis, non naturae vitio, sed gentis incuria. Bourn tamen armenta in agriculturam duntaxat aluntur. Jo. Metellus.

IN SPECIE. LOCA FALICET INTEMPERATA.

Ob Aestum.

In Aegypti ac Troglodytarum finibus propter immensam solis circa meridiem caloris vim, nequaquam se respicere prope stantes queunt ab aeris crassitie. Abique calcis ire non possunt: nam discalceati subido pedes immensa caliditate exulcerantur. Sitientes, nisi potum cito sumant, evestigio moriuntur, utpote solis aestu humiditatem corporis subito absumente. Cibi in vas aeneum cum aqua positi, extemplo solis ardore abique igne alio decoquantur. Has tamen qui incidunt oras, tanta vitae incommoda nolunt effugere, sed ultro potius eam diligunt vitam, quam alio coguntur more vivere. Ita patrie amor quidam ingens naturae singulari innatus est, & aeris malitiam consuetudo a teneris annis cepta superat. Diod. lib. 3. c. 35.

Insula in sinu Persico, omnium (ut refertur) partium orbis terrae calidissima, adeo ut Aethiopiae loca, hujus comparatione, temperata videri possint. Causa est: quoniam praeter propinquitatem aequinoctii circuli, cum ab eo distet partibus solum xxvii. vel circa, licet calida regio sit, qua tamen montibus salis acutissimis abundat, & sulphuris fodinis, montes habet calcis instar exustos, ideo etiam terrae motibus agitatur. Sagdanam olim vocatam existimo, in qua Milus erat. Cardan. de Rev. var. lib. 1. c. 64.

Regio κατὰ ἄρκτον, id est, Exusta dicta, quingentorum stad. longitudine quadringentorum, sive ea Mylia, sive Maoniae sit, tota arboribus caret, praeter vitem, quae κατὰ ἄρκτον ὄζειν, id est, Exustum vinum fert, ita elegans, ut nulli cedat. G Summa camporum finibus cicerulenta est, montana, petrosa, & nigra, tanquam ex adustione quadam. Quidam putant, hoc ex crebro fulminum atque fulgurum ictu contingere, nec dubitant, quae de Typhone dicuntur, hoc in loco fabulari. Xanthus scribit, Arimum quendam horum locorum regem fuisse. Sed nequaquam verisimile est, tantam regionem propter ejusmodi causas ex toto desagrasse, sed potius propter ignem subterraneum, cujus ortus nullos deferunt. Monstrantur tamen fossae tres, quas Folles vocant: haec inter se ad stadia quadraginta distant: imminet colles asper, quos par est ex effatis laminis esse accumulatos. Quod autem hujusmodi regio vitis optimas natura ferat, ex Catania falicet deprehendi potest, quae quaquam cinere operata sit, nunc tamen optimum vinum, & largum gignit. Unde quidam perurbane atque eleganter Bacchum ignigenam dicunt, ex hujusmodi locis coniecturam capientes. Strabo lib. 13.

Apulia aestivo calore maxime fervet, ita ut ante finem mensis Maji penes exusta sit. Siccitari aliud malum additur, innumerabilium mulsarum infestatio. Hinc proverb. Ita-Hlorum,

Chi vol provar l'Inferno, L'essat in Puglia, & in Apruzz, il verno.

Plante Austro vana corruptumque. Inter tot mala tamen pabuli bonitas praecipua, olei & fructuum insignis copia, eorumque optimorum feracissima, qui reliquos Europae quos agilitate & longevitate vincunt. Bernardus Saccus lib. 1. cap. 5. T. i. mensis historia.

Ob Frigus.

Scytharum regio sub ipsis Urhis Riphaeisque montibus sita est, unde Boreas spirat: solique ipse supremo aestivo solstitio deficiens proxime accedit, ac cum quidem exiguo tempore calefacit. Neque vero venti a calidis locis spirantes valde ad eam regionem penetrant, nisi parumper, & debiles. Verum ab Urhis venti procedentes sunt illic perpetui, frigidi, a navibus, glacie, imbribusque spirantes, nec unquam a montibus decedentes, ut propterea etiam aegre habitari possint. Aer quicquam totum ferre diem nubilus capos occupat. Ipsique in humidis

A midis locis degunt. Et ferè perpetua est ipsis hyems, aestas autem paucissimis diebus, atque illis non valde magna. Sunt enim planities eminentiores, & nuda, neque ullis montibus circumseptae: sed ferè ibi ipsas Urhis acclives. Neque ferè nascuntur illic magna, sed quales sub ipsa terra occultari queant. Prohibit enim hyems & nuditas terrae, quae & apricis & rectis caret. Temporum profectò anni mutationes neque multae, neque fortes; sed similes semper, vel parum admodum differentes: unde & formas corporum inter se similes habent. Eodem quinetiam victu & amictu utuntur aestatis & hyemis tempore: autrahuntque aera aquosum & crassum, aquam insuper bibunt a nivibus & glaciæ resolutam, nullo etiam corporis exercitio accedente. Hipp. de Aere, aquis & locis.

Chorazena & Cambysena septentrionales, & valde nivales sunt; Caucasus montibus vicinæ, & Iberia, & Colchidi, ubi iter agentes in summis montium cacuminibus nive obrui dicuntur. Unde baculos habent ad ejusmodi excavatos, quos in summam nivem respirandi gratia exerunt, ut eo signo auxiliium ab adventivibus consequantur. Quapropter sepe effosili servantur, in nive glebas quidam concavas congelatæ proderunt, aquam optimam tanquam in tunica continententes. In nive animalia quadam concreant, quae Apolloniides vermes appellat, Theophrastus vero montanas teredines, atque in illis aquam optimam contineri, & ruptis tunicis bibi. Strabo lib. 11.

In ore paludis Maotidis tanta vis est glaciæ, ut quo in loco Mithridatis dux equestri pugna Barbaros acie viceat hyeme, eodem eodem per aestatem solido gelu praelio navali superavit. Strabo lib. 2.

In templo Aesculapii apud Pantheopentes Maotidis aecolas Status sacerdos hydriam aeternam frigore disruptam posuit, non ut anathema, sed ut ingentis hyemis evitaret. Strabo lib. 2. ex Eratosthene.

In Aeno, dicitur solebat Stratonicus, menses quidem octo esse frigus, & quatuor hyemem, Ponticoque multos ex Ponto venire velut ex fratre. Athen. lib. 1. c. 67.

Ad Septentrionalium Oceanum insulae sunt, quas congelato mari quomodo lupi adeunt, per maximo frigore oculos amittunt: quin & in partibus his apes quidquam moliri nequeunt. Bonif. lib. 1. Dec. 1.

In Molchovia praeter frigore asperum terra in hiatus disruptum. Insuper etiam aqua in aeternum effusa, spiritumque ex ore profertur, antequam terram attingat, congelatur: rami etiam fructiferarum arborum terrae hyemis aliquando prorumpere. Homines quoque gelu concreti, mortui sub dio in vehiculis frequenter reperuntur. Quin etiam urti sylvestres fame simulati, relicti in sylvis, per vicinas stagna & flumina aestu nimioque ardore solis prorsus exsiccentur: praeter quoque & caetera frumenta veluti flamma aliquid exorantur. Etsi hic aestus per septem dies tantum, non plures, durare solet. Guaguin. in descriptione Moscoviae.

Ob humorem.

Getharum qui Phasin accolunt, regio palustris est, calida, aquosa, & densa, imbreque in eam decidunt omnibus temporibus & magni & vehementes: homines vero ipsi vitam agunt in paludibus, domoque ligneas & ex arundinibus in ipsi aquis habent extractas; neque longe vel in urbem, vel in emporium prodeunt, sed naviculis ex uno ligno fabrefactis descunt ac deorsum navigant, cum solfas ac ductos aquarum habeant plurimos; bibunt autem aquas calidas & stagnantes, quae & sole sunt putrefactae, & ab imbrum casti auctae. Ipsaeque fluvius Phasis omnium fluviorum stagnantissimus est, & tardissimus. Fructus autem qui illic nascuntur, omnes insalubres sunt, evitari, imperfecitque, per multitudinem aquarum, neque unquam maturascunt. Aer denique densus ab aquis elatus regionem occupat. Hip. de Aere, aquis, locis.

CULTURA. REGIO, LOCA CULTA.

Aegina insula supra natura sterilis, incolarum studio fertilitas reddit: quandoquidem feracibus profundissimis acis terram pinguem eruerunt, & hinc superficiei extimae veluti loricam induxerunt. Nomen item Myrmidonum traxerunt, quod formicatum morem imitari viderentur. Hinc fabulae datus L. B. Theat. vite Human. Tom. IV.

locus, Aeci precibus ex formicis homines natos, insulam Bepellentia desolatam rursus frequentasse.

INCULTA, ASPERA.

Strabo lib. Geograph. 8. scribit, Corinthios opibus & artibus egregiis precellisse: caeterum regionem illorum non admodum fuisse feracem, quod inaequalis esset, & aspera, ac petricosa. Eamque ob causam lenarium hunc proverbio iactatum fuisse:

Alibi tunc Corinthus, alibi caeva est.

Meminit & Eustathius in Beotiam Homerum. Hujusmodi autem terrae genus non perinde sementi idoneum est, atque terra campestris. Erasim. in Chiliadibus.

SITUS. HUC LOCA ULTIMA.

Veteres Iberi a Chaldaeis oriundi, qui Solem uti Deum adorabant, illum ab illius ortu usque in occasum profectum fuerunt. Ergo quum ad ultimos terrae fines illum secuti, se ultra non posse progredi conspexissent, ibi Soli tanquam Deorum constituerunt. Locus olim Arae Solis dicebatur, promontorii locus ultimus, ubi hodie Ecclesia B. Marie de Finibus terrae (quam Germani, qui sacram ad D. Jacobum peregrinationem suscipiunt, lingua ignorantia den festeren stern appellat, hoc est, stellam nigram.) Itam quum ad eam partem Hesperum stellam oriri viderent, ipsam tanquam regionibus illis salubrem, Compotem stellam nominant. Et hinc Compostella urbs vicina denominationem traxit. Jo. Gerund. lib. 1. Paralip. Hispanie. Romanos olim milites, cum sis in locis Solem occidentem viderent, religionem tamen Lethen fluvium transire noluisse, ex historia constat. Vi de Tit. Astronomia imperitia.

INFERNALIA.

Apud Argivos Hermionenses pronus ad inferos descensus esse credebatur (proinde Danae illic mormorum orca inferrebat; quod nullo non videretur egere.) Sicut circa exitum Syrtium fuit Lethes amnis, & in Epiro atque Heraclea G Pontica, Acherusia specus, quam usque ad inferna patere dixerunt, & contra Laodiceam os Plutonum, in quo omne animatum moritur, & in Tanaro Laconia Inferni ostia & pelunca, per quam Cerberum eductum, & Furiarum templum esse ferebatur. Alex. l. 3. c. 7.

FERTILITAS, HUC LOCA FERTILITAS.

Indiam tertiam partem esse tetraum omnium, ob multitudinem populorum innumeram, probabiliter ratione convincitur. Indi enim prope gentium soli nunquam emigrare finibus suis. Plin. lib. 6. c. 17. & c. 19. recenset, qui reges Indorum quantas copias expediant.

HOMERUS non Troianem temporibus, sed potius aetate sita Cretam & Aetiam, id est, centum urbibus instructam esse inquit, & sua persona loquens. At Odysseus urbes nonaginta refert, loquens sub persona ejus temporis hominum. Neque enim durante militia, neque post Idomenei reditum ex Troia, ejus inimicos decem urbes destruxisse probabile est, ut aliqui fabulantur. Strabo lib. 10.

Scandia, sive Scandinavia, juxta nominis interpretationem, amena, sive pulchra insula, ultra mare Germanicum, sive Gothicum finem sita, quam Solinus maximam omnium insularum Germaniae affirmat, Plin. lib. 3. cap. 13. clarissimam, & amplissimam ob incomparatam magnitudinem, alterum orbem existimari tradit. Jordanes Gothus ob immensam populorum, qui ex ea prodire, illaviam, Vaginarum gentium nuncupat. Jo. Magnus.

Aquis, Fluvius, Fontibus irrigua.

Tota India fluminibus irrigatur: quorum quaedam in duo maxima iterumpunt, Indum, atque Gangem: quaedam propriis ostiis in mare emittunt, & omnia ortum habent a Caucaso. Strabo lib. 15.

Nilus, qui mediam dividit Aegyptum, solus inter reliqua flumina adeo aestate crescit, cum decrescant caetera, ut totam inunder Aegyptum: hyeme minuitur, cum reliqua augeantur. Excogitata est in Memphis quaedam incrementi mensurandi a regibus observatio. Nam quibus id negotii demandatum est, per epistulas urbibus vicisque significat, quot cubitis, quotve



A digitis fluvius auctus sit, & simul quo tempore cespit decre- scere: hoc modo vacuus redditur a folitudine populus, & annonæ proventus prævidet. Justum incrementum cubito- rum est 16. Minores aquæ non omnia rigant: ampliores tardius recedendo, accolarum remorantur commoda. In 12. cubitis famem Ægyptus sentit, in 13. etiamnum esurit: 14. cubitis hilaritatem afferunt, 15. securitatem: & quæ optima inundatio est sexdecim, delicias. *Diod. l. 1. cap. 3. Et Strabo l. 17.*

Fructibus variis, Fructibus in genere.

Vide Tit. Aves, Ferae, Piscæ, Pasceant, hic Fertilitatis, illic Rerum, in quibus fertilitas consistit, habetur ratio.

Est India præ cæteris pulcherrime excellens, ac multis quæ illam rigant, fluminibus distans, bisque fructus annuarum ferens. Adeo autem omnibus exuberat ad victum necessarios, ut semper asiatum incolis fructus præbeat. Dicitur nunquam in ea sterilitatem esse, aut fructuum vastitatem. Est & incredibilis elephantorum numerus, qui virtute & robore corporis multo Libycis præstant. Similiter auri, argenti, ferri, æris, lapidum præterea pretiosorum, cæterarumque rerum, quæ ad delicias atque opes spectant, summa copia. *Diod. lib. 2. c. 5.* Multos montes ac magnos continet, arboribus omnis generis opultos. Campos insuper plurimos, maximisque, fructibus uberes, pulcherrime egregios. Divisa est fluminum multitudine, agros plurimarum rigantium. Hanc ob rem bis in anno præbet fructus: animantia variis generis producit præ cæteris magna, ac robusta, partim terrestria, partim volantia. Elephantus insuper plurimos, maximisque, qui Libycos robore excellant. Utuntur his, quos venatione abunde capiunt in præliis, multumque ad victoriam conferunt. Homines quoque fert proceros ac validos, & artificios accommodatos: in qui ærem purum ducant, & aquam bibant salubrem. Terra & domesticis fructibus opulenta est, & variis multiplicibusque metallis fecunda. Nascitur in ea ingens argentum aurique vis: non parum quoque æris, ferrique, & aurichalci. Multa insuper ad cibum utilitatemque vitæ, & belli apparatus, præterea in cæteris alias segetes sit apud Indos plurimum milii ac leguminum, agros aqua fluminum irrigante. Oriza quoque, & quod appellat boborum, multaque alia ad cibum utilia. Plures insuper fructus ad animantium nutrimenta. Ob hanc causam asfirmant, nunquam Indiam fame aut rerum inopia premi. Nam cum bis annis singulis segetes ferat, hunc quidem hyeme, quo tempore alii frigus ferunt, percipiunt: alterum autem æstate, cum oriza, sefamus, bosporum, milium ferantur. Quo accidit, ut præcipua sit apud Indos utilitas, cum & sua sponte nascantur fructus, & palustres dulcedine præcipua radices magnam copiam videntur hominum frumenti, & in æstivâ ferè campestris regio dulcium tum à fluminibus humorem suscipit, tum à pluvia, quæ certo anni tempore fieri æstate consuevit. Sunt radices quoque palustres æstu decoctæ, sed magnarum præcipue arundinum dulces. Conferunt etiam ad Indorum fertilitatem considerando, quæ in bellis servatur. Nam apud cæteras gentes hostes bellorum tempore regiones spoliant, vastantque, neque agros colli sinunt: apud Indos vero belli tempestate in campis opus rusticum exerceat abique cura agricolæ, procul ab omni discrimine belli. Hostes in præliis mutua cede grassantur: agricolis nulla in re nocent, sed intactos relinquunt, tanquam communis utilitatis ministros. *Diod. l. 2. c. 10.*

ERATOSTENES dicit, Indiam æstivis imbris madere. Eo tempore linum ferunt, & seminum, oriza, & bosporum. Hiberno autem tempore ferunt viticicum, ordicum, legumina, & alia fruges esculentas, quarum nos ignari sumus: & ferè eadem nascuntur in India, quæ in Æthiopia & in Ægypto. Megalhenes Indicæ fecunditatem ex eo maxime declarat, quod eam bis fructum ferre dicit, & bifera nominat: quemadmodum Eratosthenes, qui inquit, alteram hybernâ mentem, alteram æstivâ, quomodo & imbrum. Nullum enim annum inveniit dicit utroque tempore sine pluvia: quapropter contingit, annum feracem esse, cum temper terra sit fecunda; fructus autem arborosos multos gigni, arborum radices, præsertim magnarum arundinum, & natura & decoctione dulces esse, aqua à solibus tepescita, & natura & decoctione India Australis habet cinnamomum, nardum, & alia aromata, quemadmodum Arabia & Æthiopia, cum his sole perfimilis sit, differat autem aquarum abundantia; unde aer udu est, & fecundus, & valde nutritivus. Eodem modo & terra & aqua: quapropter animalia tum terrestria, tum aquatilia, apud Indos

quàm cæteros majora sunt: & Nilus cæteris fecundior est, & magna producit, cum alia, tum ea, quæ ancipites sunt vitæ. Ægyptiæ quoque mulieres interdum quatuor geminos pariunt. Auctor est Aristoteles, quandam septem geminos peperisse. Et etiam Nilum fecundissimum vocat, & nutritivum, propter moderatam solis decoctionem, & relinquens nutrimentum, & superfium evaporans. *Strabo l. 15.*

Indici cæli alia facies, alii siderum ortus: binæ messes in anno, binæ æstates, media inter illas hyeme cæterarum statu: nostra verò brumali. Lenes ibi autem, mare navigabile, gentes & urbes innumerabiles. *Plin. l. 6. c. 17.*

Herorum Asianorum terra fructum omnem etiam domesticum affert, & stirpes omnes, & ea quæ semper virent, & cum ne minimam quidem culturam habeat, tamen bona omnia sine fatione & imarata gignit, multique in locis semel facta, bis terque fructum affert. Ac primò quidem modios quinquageos, idque minimè renovata, nec fero proficisci, sed ligneo aratro. Cyro & Araxe fluminibus, atque alii aquis irrigatur, ut semper herbida faciem ferat. Adest præcipua aeris temperies, vineæ manent infocissæ, quinquennis purantur, in bimatu novella fructum ferunt, adultæ tantum reddunt, ut pars maxima in palmittibus relinquatur. Pecora tam mitia, tum agrestia, ferunt edunt pulcherrima. homines sunt magnitudine ac pulchritudine excellentes, simplices, non autem capponatæ, nisi usum maxima ex parte non habent, numerum ultra centenarium non norunt, commercia inter se mercibus faciunt, in cæteris quæ ad vitam pertinent inertes, exquirunt ponderum ac mensurarum ignari, civilitatis, belli & agriculturæ prostris imperiti. *Strabo l. 11. Et Ab abedine capillorum Albani dicit incolæ. Bonfin. lib. 1. Dec. 1.*

Themiscyre Amazonum ad Thermoioentem fl. incolæ nunquam famem sentiunt. Tantam agrestium pomorum, & aliorum nascuntur copiam prætermontana regio affert, uvæ, prunorum, malorum ac nucum, ut quocunque anni tempore in silvas exierint, eis abundant: cum interdum adhuc fructus in arboribus pendant, interdum in foliis jaceant, quæ lapsa multa & alia nimis effusa sunt. Multa est ferarum omnis generis venatio, propter alimoniam copiam. Planities herbida, & equorum & bouum nutrit, panicum & milium asiatum producens. *Strabo lib. 12.*

Hyrcania valde opulenta, & magna ex parte plana, præclatis urbibus adornata. Opulentia signum dicitur, quod vitis vini metretam affert, sic modios sexaginta. Frumentum ex fructu nascitur, qui cadit ex culmo, in arboribus mellificatur, ex foliis mel sicut; quod etiam in Mariana Medie, & in Sacagena Armenia, & in Araxena sit. Nullam tamen in ea excolenda diligentiam ponunt, nec in ejusdem nominis mari, quod & otiosum est, & non navigatum. In Margiana vitem sæpius inveniunt afferunt, cujus stipitem duorum vit hominum vlnæ complectantur, racemum duorum cubitorum longitudinem implere. Parem & Ariam esse dicunt, vini autem etiam ubertate sperare. In ea & vinum ad tres hominis atates, id est, nonagesimum annum perdurare, idque in vasis minimè picatis. Bactrianam Ariæ proximam rerum etiam omnium, oleo duntaxat excepto, fertile esse. *Strabo lib. 2. c. 11.*

Cambaja regnum est prima Indiarum pars ad Solis occasum, quæ Arachosia terminis definitur. Eam fluvius Indus, unde India nomen duxit, interfuit. In eum ab Ortu & Oceano fluvii complures illabantur, Sinus ingens, in quem Indus insilit, Canticolus à scriptoribus antiquis appellatur. Regionem tantam fertilitatem esse perhibent, ut paucis jugeribus incredibilis hominum multitudo allique sustentari possit. Fruges vastas, factari magnam vim, & fructus multiplices effundit. Pecora & armenta innumercabilia nutrit. *Ofor. lib. 9. c. 20. rer. Emm.*

Ataba ob multitudinem fructuum, cæterarumque rerum quæ in ea nascuntur, Felix dicta: calamo enim, & eo quem appellant schinum, rebulique aliis quæ aromata dicuntur, plurimum abundat: foliis præterea odoris suavissimi, & quod ex arboribus stillat gummi-myrrham etiam, & Diis gratissimum, perque univertum orbem diffusum, tunc extrema Arabia ferunt: costum insuper, castam, cinnamomum, & alia ejusmodi plura. Herba verò & arbuta odorifera adeo illic abundant, ut quæ cæteri raro super Æorum altariibus ponant, illi pro lignis in furnis comburant: hinc quæ apud alios habentur rara. Arabes servorum domi lectos ferant. Cinnamomum utilitate excellens, ad hoc resina, mirrique odoris terebinthus, apud Arabes

Abes nascuntur. Montes non solum abjctes ac populos proferunt, sed cedros & quem vocant borator. Plurimas verò alias nutrit plantas, insuave odorem transmittunt inspirantes. Nam ipsum terræ solum habet naturalem quandam exhalationem, odoratis suffimentis similem. Hinc fit, ut quibusdam in locis effossa terra, aliqua reperiantur suavolentes glebæ, quæ veluti in metalla fusa, lapides ingentes sunt, ædificandis domibus apti. In eos cum gutta aquæ pluvie cadunt, ita liquefiunt ex humiditate junctura lapidum, & coalescunt, ut unicuique murus appareat. *Diod. lib. 2. cap. 21.*

Sabei Arabes auro, agrorum fertilitate, mellificio beati, & sylvis odoriferis, maxime verò propter thura clarissimi. *Plin. lib. 6. c. 18.*

Hiericuntis urbis Idumææ fertilitatem, cum vicina regio omnis aspera & saxosa sit, non tam soli fecunditate, quàm fontis, quæ Hellæus ex amaro dulcem fecerat, irrigatione; *Ioseph. lib. 5. cap. 4. belli Jud. egregie describit.*

Jordanis tota planities in Palestina irrigua est, & Jovani pomarii similis, aut Ægypti soli: quam sibi delegit Lothus, & quando ab Abrahamo propter jurgia pastorum discessit. *Gen. 13.*

Silcus Ægypti Libyæ arenas non curat, adagium est, de loco non admodum quidem lato, sed secundo insigniter ac fructuoso, quo longè antependendus videtur desertis incultisque agris ac vastioribus. Si quidem Ægyptus magnitudine cedit utique Libyæ: fed ita ut illius tota vastitas ne hujus quidem æquatur portuinculam. Non præterit profecto nos, Ægyptum dictam esse veteribus publicum orbis horreum, solereque Deos eo animi gratia & salutis confingere. Scribit Cicero, Ægyptum Ptolomæo Aulete regi Cleopatæ, à quo pessime ac per summam ignaviam partem administrari solitum scimus, tamen quotannis duodenum millium, & quingentum talentorum tributum conferre assuevit. *Adagium Antiphilus in Epigrammate usurpavit.*

Kapræs à sudium est. *Id est, quod dicitur in Ægypto, Libyæ, & Ægypti.*

Id est, Fructibus condendimus, non stadiis; neque enim silcus Ægypti Libyæ arenas curat. *Cel. lib. 29. c. 21.*

Delta Ægypti insula pluribus fossis manu factis divisa, agros Chæter fertillimos Ægypti: circumdata enim Nilo, atque irrigua fluvii incremento magnam vim limi affundens, tum curata incolatum, terram omnem quandam machina ab Archimede Syracusano inventa, quæ à figura cochleæ dicitur, irrigationem, multiplici fructu copiosa est. Nilus etiam leniter fluens, cum multam variamque terram secum ferat, quibusdam in locis humilibus paulum stagnans, regionem fructiferam fertilemque efficit. *Diod. lib. 1. c. 3.*

Eximia, propendimus portentosa, Libyæ agrorum feracitas, utpote qui locis quibusdam centesimo fenore reddant cultoribus meisum. Mirum est, quod de Mauritania quoque ubertate apud quosdam reperio, excepta duntaxat parte illa, quæ desertis contigua est. Vites in ea, quæ duorum complexus hominum capere non possit, uvuarum racemos cubitales, staphylini, hippomarathri, & carduorum scapos duodenum cubitorum, enodri crassitudine calamus. Indicis similes, quorum nodi octo capiunt modios. Alparagos adhuc videri haud minus notabilis magnitudine. Hæc ab Hæpseris Æthiopiis Bogum Regem dono uxori missis Iphicrates prodidit. *Sab. lib. 5. Emm. 1.*

Non videtur mihi bonitas Africae cum bonitate Asiae atque Europæ comparanda, præter unam Cynipem, quæ tellus fluvio cognominis est. Hæc optime cuique telluri par est, proventu fructus cerealis omnino cætera Africa: etenim pulla & uda fontibus, ac secura siccitatis aeris, ac ne imbre quidem qui sit vehementior, læditur: nam in eo tractu Africa pluit. Eò prohibentur fructum terre, totidem mensuræ illic, quot è Babylonia tellure percipiuntur. Bonum solum & illud est, quod Euhæpericæ columnarum quoties id eximie seipsum ubertate superat, cæterum reddit. At illud Cynipem, circiter trecenta. Porro Cyrenaica regio, quæ hujus Africae editissima est, quam pastorales incolunt, ites in fe plagas continet admiratione dignas. Primam, quæ maritima est, quod in ea jam fructus maturi metuntur, vindemianturque. His compositis, in plaga, quæ supra maritimam est, medios fructus legunt, quos colles appellant. Dum hi fructus admodum, si qui sunt in editissima plaga, coquuntur atque maturefcunt. Itaque dum primi fructus bibuntur atque eduntur, ultimi adventant. Atque hunc in modum ad octo menses perceptio fructuum Cyrenæ occupat. *Herod. l. 4.*

L. B. Theat. vit. Human. Tom. IV.

Civitas Africae in mediis arenis, petentibus Syrtis Leptinæ que magnam vocatur Tacape, felici super omne miraculum riguo solo, ternis ferè M. pass. in omnem partem fons abundat, largus quidem, sed certis horarum spatii dispensatus inter incolas. Palmæ ibi prægrandi subditi olea, huic ficus, fico punica, illi vitis, sub vite ferunt frumentum, mox legumen, deinde olus, omnia eodem anno, omniaque aliena umbra aluntur. Quaterna cubita ejus soli in quadratum, nec ut à porrectis metiantur digitis, sed in pugnum contractis, quaternis denariis venundantur. Super omnia est, biferam vitem bis anno vindemiare. Et nisi multiplici partu eximiantur ubertas, pereunt luxuria singuli fructus. *Plin. lib. 18. c. 22.*

Afferunt, Ammonem Libyæ Regem uxorem cepisse Rheam Urani filiam, Saturni aliorumque Titanum foretem: qui regnum perambulans, juxta Ceraunios montes conspectam ab se virginem forma pulcherrimam Amalthiam nomine adavit, filiumque ex ea genuit specie ac robore corporis insignem Bacchum. Amalthiam verò propinque Ore præ fecit, bovis cornu persimili: ex quo occiduum cornu fit nominata. Et quoniam ea regio esset vineis cæterisque frugiferis arboribus referta, à muliere autem regeretur, Amalthiæ cornu eam dixerunt. Propterea & posteri optimam copiosamque fructibus regionem ab ea similitudine Amalthiæ cornu appellaverunt. *Diod. lib. 3.*

Legimus, Herculem Ætolis donasse copiam cornu, propter coercitum cornu fluminis Archeoli, qua re regionem illam antea sterilem, fertilissimam reddidit: cornu nimirum laborum ducitum significante, frugibus feracitatem.

Cherronesi Regio in mare declinans Theodosiam usque tota frugifera & campestris, ubicunque colitur, ter decuplum legitur: centum & octoginta modiorum millia frumenti, nomine vectigalium, Mitridati Eupatori solvebantur: quin & cum Asiaticis locis circa Syndicean attingentibus, argenti talenta circiter ducenta millia Græci velut à Mæotide sarfamentaria, ita frumentarios hinc commeatu accipiebant. Leucorem Cherronesi Regem, ducentes ac decem modiorum myriadas Atheniensibus è Theodosia ferunt transmississe, quin supra peninsulam Tauricam sicut Nomades, qui equis carnisbus aluntur, & variis incurvationibus non perfoluta tributa vindicabant. *Bonfin. lib. 1. Dec. 1.*

Arachosia agrum Thasi frugum vini que feracem, quod confragosus & salebrosus sit, fastidiosus, infamavit insulam dixitque:

Hæc asini velut dorsum materiam est plena agresti. *Plut. de exilio.*

Strabo Geograph. lib. 14. narrat, Samiorum agris, quod omnium rerum ampliter feraces, illud vulgò factum esse, quod à lac etiam ferret gallinaceum.

Homer. Odyss. 19. Cyclopaum terram describit ad hunc modum:

Venimus in terram, quam magnanimi Cyclopes Et legum expertes habitant. Hi numine freti Divum, nec manibus terra plantaria figunt, Vomere nec segetem profcindunt: quin ea cuncta Nulla semine & nullo nascuntur aratu Ordea, frumentum, plenisque onerata racemis Vineta, & largis hæc lupiter imbris arget.

In toto orbe, & quacunque cæli convexitas vergit, pulcherrima est omnium, rebulique merito principatum nature obtinens, Italia, reatrix parenque mundi altera, vitis, feminis, ducibus, militibus, servitiis, artium præstantia, ingeniorum claritatibus, jam situ atque salubritate cæli atque temperie, accessu cunctarum gentium facillitioribus portuosiss, benigno ventorum afflatu: etenim contingit recurrentis positio in partem utilissimam, & inter ortus occasusque mediâ: aquarum copia, nemorum salubritate, montium artibus, ferorum animalium innocentia, soli fertilitate, pabuli ubertate. Quidquid est, quo carere vita non debeat, nusquam est præstantius. Fruges, vinum, olea, vellera, lana, vestes, juvenci. Nec equos quidem in trigaris præferri illos vernaculis animalium. Metallis auri, argenti, æris, ferri, quamvis libit exacerare, nullis cessit. Et si nonne in fe gravida pro omni dote varios succos, & frugum, pomorumque sapes fundit. *Plinius lib. 37. cap. ult. Sed & Sabellii, Plinium imitati, præclarum est eciogium lib. 1. Em. 7. Est inquit, Italia metallis gravida, ubique vitalis & perennis salubritas, eximia cæli temperies, campi fertiles, aprici colles, innoxii salus, opaca nemora, munifica sylvarum genera, mira frugum, vitium & olearum fertilitas:*

Uuu 2 nobil-



A nobilitate pecori vellea, opima tauris colla, perspicui & piscosi lacus, flumina fontisque saluberrimi, portus plurimi, ipsa avidè ad mortales juvandos in maria procurrens, & velut gremium omnium gentium commercio pandens, ut verè dicta sit à quibusdam terrarum omnium alumina, atque eadem parens caelestium providentia electa, quae ipsa congregaret imperia, molliretque efferatarum gentium ritus, discordes ad colloquia linguas, munere litterarum, Latinoque sermone congregaret. Haec ille. Italicam terram gentes incoluisse plures, quam regionem quamvis aliam, Aelianus prodit: Cuius ratio promatur ex temperantia praesentia, regionis virtute, aquarum copia, & omnia ferendi potestate, quod *καλλιπρον* significanter dicitur: nec non ad paucam facilitate, quod *εὐχάρις* appellant: adiacente portu maris bonitate praesigoi, portuum quoque numero superpetente, hinc inde fluminum magnitudine interluente. Olim cetera mille centum sexaginta sex civitates Italiae recensentur. De ea M. Terentius Varro sic: Quid in Italia utilis non modo non nascitur, sed etiam non egregio fit? Quod far conferam Campano? quod triticum Appulo? quod vinum Falerno? quod oleum Venafro? Non arboribus confita Italia est, ut tota pomarium videatur: An Phrygia magis vitibus cooperta, quam Homerus appellat *εὐπειθαίετον*, quam haec? aut Argos, quod idem Poeta *πλούσιον*, in qua terra jugerum unum denos & quinos denos culcos fert vini? Quot quaedam in Italia regiones? Annon M. Cato scribit in libro Originum sic? Ager Gallicus Roman. vocatur, qui virium cis Ariminum datus est ultra agrum Picentium. In eo agro aliquotiarum in singula jugera dena culca vini sunt. Nonne item in agro Faventino, à quo ibi triticariae appellantur vites, quod jugerum tricenas amphoras reddat? L. Martius praefectus fabrum, in fundo suo Faventiae hanc multitudinem dicebat suas reddere vites. *Varro lib. 1. c. 2. de Re rust.*

Ces. Vorisus additius, causam cum ageret apud Censures, campos Roscae Italiae dixit esse solum, in quo relicta pericula postredie non apparet propter herbas. *Varro lib. 1. c. 7. Re rust.*

Campania omnes Italiae regiones felicitate superat. In ejus circuitu jacent tumuli mirifica ubertate conspicui, montesque Samium pariter & Olcorum. Far omni oryza praesantius, & parvo in tempore triticum superat alimoniam. In nonnullis arvis bis annozae scitur, & tertio panicum. In nonnullis oleibus etiam quater seminat. Vina optima habet, Falerna, Setia, atque Galena, cum quibus Solentina contendunt. Laudem habet olei rotius Venafranus ager, planis finitimitis arvis. *Strabo lib. 5. Gregor. Plin. item lib. 18. c. 11. Hist. nat.* In Campania tamen, inquit, laudatissimus campus est. Montibus subjacet nimbosis, totis quidem 40. mil. pass. plantis. Glatia terra ejus, ut procinus foli natura dicatur, pulvereae summa, interior bibula, & pumicis fistulans vice. Montium quoque culpa in bonum cedit. Crebros enim imbres percolat aequo transiit. Nec diluit, aut madore volvit, propter facilitatem culturae. Eadem acceptum humorem nullis fontibus reddit, sed temperat, & concoquens, intra se vice succi continet. Seritur toto anno, pannico semel, bis far re. Et tamen vere segetes quae interquievere, fundunt rosam odoratorem fativa. Adeo terra non cessat parere. Unde vulgò dictum. Plus apud Campanos unguenti, quam apud ceteros olei fieri. Quantum autem universas terras campus circum Campanus antecedit, tantum ipsum pars ejus quae Labotia vocatur, quem Phlegraeum Graeci appellantur. *Haellenus Plin.*

D In Sybaritano agro semen cum centesimo redire solitum tradunt. In Syria ad Gerada, & in Africa ad Byzacium ex modio nascuntur centum. *Varro lib. 1. de Re rust.*

*Plin. lib. 37. cap. ult.* post Italiam primum locum felicitatis tribuit Hispaniae, quacunque ambitur mari, exceptis Indiae fabulosis. Mira sunt cetera, nec sine robore referenda, quae de feracitate insulae Hispaniae ab Hispanis traduntur, raphanos, lactucas, brassicas, quindecim dierum spatio à fatu maturare, pepones & cucurbites sex & triginta dierum, vitem intra annum frugiferam esse factam, triticum (ne non omnia experientur) principio Februarii humi conditum, ad Idus Martias maturasse. *Sabell. lib. 8. Em. 10.* Lusitanie fertilitatem declarat Polybius Megalopolitan. libro Historiarum trigesimo quarto, quod ibi ob optimam aeris temperiem animalia sunt secunda, atque homines: nec unquam fructus desunt in ea regione: rosa enim, albaeque violae, asparagi, relique humilium non desunt per majus temporis spatium, quam trium

mensum. *Athen. lib. 8. cap. 1.* Exportatur è Turditanis Hispaniae vinum, magna vis tritici, oleumque non modo ubertate, sed etiam bonitate praecipuum. Evahitur insuper cera, mel, pix, & grana purpurea, & minimum. Sinopica terra non deterior. Ligna cumulus ibi navalia ex indigena materia. Item etiam sal mulum effoditur, non pauca etiam quae falsa sunt eodem in tractu fluente. Non pauca etiam ad elcas salamenta conduntur, non solum ea ca regione, sed etiam ex alio extra Columnas litore, quae Ponticis nequaquam inferiora dixerim. Frequens inde primum vellus veniebat, nunc verò Coraxofum lane magis laudantur, excellentissima pulchritudinis, sic ut admittantur arietes talento emantur. Telarum exuperans tenuitas atque copia, quas Saliatae construunt. Pecorum omnis generis abundantia, nec minor venationum. Perniciosarum belluarum raritas, praeterquam cuniculorum. Ingentes naves oneratae istine Puteolos navigant, & Ostiam Romanorum navale permeant. Olrea & conchylia & cetos producit mare. Habet quoque metalla praesantissima. *Strabo lib. 3. Hispan. cl. annes habet: eximie verò quasi paradisius Domini quinque principalibus fluminibus irrigatur, scilicet Ibero, Doria, Tago, Ana, & Beroi, montanis inter quemlibet interjectis: mediaeque valles flui latitudine deserviunt ubertati, & humore fluminum fecundantur, & pro magna parte rivis & fontibus irrigatur, sed & puteorum suffragia raro desunt. Fecunda frugibus, amena fructibus, deliciosa piscibus, sapida lacticiis, clamosa venationibus, gustosa armentis & gressibus, superba equis, commoda nullis, privilegiata castris, curiosa vino, deses pane, dives metallis, gloriosa feris, dulcis mellibus, amena exercitiis, fidelis dominis, facilis studio, pollens eloquio, fertilis in omnibus: nulla in fertilitate similis, nulla munitionibus comparabilis, pauca magnitudine aequalis: in libertate praecipua, fidelitate pretiosa, in audacia singularis. *Rodericus Tolet. lib. 3. rerum Hispan. c. 20. & Rod. Sanc. parte 1. hist. Hispan. cap. 4.* Apud Granatam urbem Hispaniae in quinque & viginti millibus passuum, sex & triginta fontes oriuntur, & in agro Xericis, in regione Pacis Angulatae, fontes cecurrunt quingenti supra mille. *Martin. lib. 1. Hispan.**

In Atholia Scotiae regione ad Ludovicum, ager adeo fertilis est, ut si diligenter elaboretur, ab aequo seminis jactu praesantissimè hordeum proferat. *H. Beet. in Scot. de script.*

Fresia minor Daniae Regio à Jutia prominentia inclinata maximis frugum proventus beneficio Oceani inundantis assequitur. *Saxo lib. 1.*

Orientalis Gothiae pars est Gothlandia insulae sic dicta quasi Gothorum terras; vel bona patria. Goti quippe bonum, sive Deum lingua Gothica significat, & Landia terra. Bonus in ea populus, boni & securi in circuitu ejus portus: bonus & electus in ea ager: bona armentis, equis, bobus, piscatione, venatione, aquis, sylvis, passibus, pulcherrimo marmore, & omnibus rebus humano usui necessariis. *Olaus Magnus lib. 2. cap. 24.*

Elandia, sive Oelandia, una est ex insulis Gothiae maris, brevissimo maris interjecta à Gothia Meridionali divisa, omnium insularum pulcherrima, multis enim bonis adeo referta est, quod spatii brevitate (duorum dierum itinere abiolvendum) soli fertilitas recompenat. Frugibus, passibus, pectidibus, armentis, & piscibus tantum abundat, ut propriis commoditatibus sufficiat, & alienis: eamque gratiam & estimatorem boves, & pecora, ac butyrum ultra mare exportata habent, quasi medicinalia forent. Reges Sveonum; ob insignem amantentiam, & venandi exercitium, istas hic transigere consueverunt. Etiam quia viciniori maris tractu ultimarum Principes commodis cum eis in adduis causis expediendis ibidem congressi possunt. *Olaus lib. 2. c. 23.*

Apud Lituanos omnia eadem aetate seminata colliguntur, tritantur, tritanturque in horticis receduntur, ita ut granum ad seminandum deprompnum, nunc in decem, nunc in octo hebdomadis centuplum fructum referat. *Gnaeus in descript. Lituanie.*

Podolia omnium rerum ex terra nascentium fertilissima, adeo ut colonus quodcumque quomodo cumq; agrum semen injecerit, centuplum fructum referat. Prata quoque mirum in modum luxuriant, adeo ut bovis cornua vis & gramine appareant: terra tamen dura & petrosa admodum, adeo ut bifrenos boves coloni aratur arato jungere cogantur. Mellis sylvae passim abundantissime: stipitibus divina cavatis ubique

A mella rosca de proumuntur. Antiquis gregibusque & feris omnigenis redundans. Eam antiquitus Alani, Gothi, Getae, Comani, Polouci, & Roxolani incolebant. Circassorum reliquae adhuc extant, ad Borythenem fluvium. *Gnaeus in descript. Poloniae.*

STERILITAS.

CYRUS, quum Perse regem potiri postularat, ut ex Perside aspera regione, quum tum incolebant, transferrentur in feraciorum & commodiorum, annuit quidem, sed admonuit, ut posthac sese pararent ad servendum, non ad imperandum. *Herodotus lib. 1. c. 101.* *Οὐ γὰρ τῆς αὐτῆς γῆς εἶς καρπὸν δαμναῖος φέρει, καὶ ἀδρας ἀγαθὸς τὰ πλεῖστα:* id est, Ex mollibus enim regionibus molles homines nasci solent. Neque enim ejusdem esse terrae, fructum egregium producere, & viros in re bellica praesantes. *Erasm. in Adagis.*

Argus campus ab Artemisio in Mantinensium fines descendibus sece offert, fertilibus omnino, ut & nomen indicat, propter aquam pluviam è vicinis montibus desluentem, quae in vicina quadam specu demergitur. *Pass. in Arcad.*

In Thessalia circa Larissam emissio lacu frigidior facta ea regio est, oleaeque fertilibus, quae prius fuerat. Item vites aduri, quod non antea Aenos sensit admoto Hebro. Et circa Philippo cultura ficata, regio mutavit caeli habitum. At in Syracusano agro advena cultor elapidato solo perdidit fruges luto donec regressit lapides. *Plin. lib. 17. c. 3.*

*Strabo libro Geographia 9.* scribit, Scolon vicum esse quem piam Alopiae flui monte Citherone, sedem inamenam, in cultam, infrugiferam, asperam. Atque hinc vulgò proverbium manavit:

*Εἰς Σκόλον μὴ αὐτὸς ἴσθαι, μὴ ἄλλος ἐπιθεῖν,* id est, Nec per te Scolon ipse, nec ulli alii comes isto.

Reperit eadem totidem verbis Eustathius in Beotiam Homericam. Nam Scolon & Stephanus ponit in Beotia. Nomen ex re videtur inditum: *σκῶλον* enim Graecis spinæ genus est. *Erasmus.*

In Aethiopia est Congo regnum, ubi homines comedunt non quando esuriunt, sed quando cibi superpetunt, ut canes ad hoc alferri: quae consuetudo pro natura est. Est enim regio sterilis & omnium inops, homines tamen excedunt lxxx. annum, ut haec inopia aut facta longevitas, aut non impedit. Sunt etiam ob eandem causam quasi nudi: carent equis ac jumentis etiam ferme, ideoque honoris causa deferunt homines super corio inter duo ligna confuto. *Cardan. de Re. var. lib. 1. c. 4.*

In Gallia Transalpina, intus ad Rhenum, cum exercitum duccerem, transtulimus, quae in circuitu ejus aliquot regiones accersit, ubi nec vitis, nec olea, nec poma nascerentur: ubi agros stercoreant candida fossicia creta: ubi salem nec fossitum nec maritimum haberent, sed ex quibusdam lignis combustis, carbonibus falsis pro eo uterentur.

JUCUNDITAS. HUC LOCA

IN GENDERE: Voluptaria.

Cotys omnium regum qui unquam regnarunt in Thracia, voluptatibus maxime deditus, regionem circumiens, ubi locos arboribus densis ac irriguos fontibus comperisset, ibi convibat, & Diis sacrificabat. *Athen. l. 18. c. 14.*

D Galypus Eudrae locus, ubi thermæ sunt nativæ, multa habet ad voluptates ingenias parata, multis exornatus aedificiis & diæris, commune domicilium habetur Graeciae. Ibi cum multus venatus est & accipitium, tum non minus pelagus forum redditurum, quod locus liquidus & altis prope litus generaliorum piscium vim magnam alit. Nunc praecipue medio vere, qua tempestate frequentes eò se conferunt, conviviaque inter se celebrant omni affluente rerum copia: ac ferè de literis praetio agunt. *Plin. l. 4. Quæst. com. v. 4.*

IN SPECIE. LOCA QUOD

Vitum.

Amena.

¶ Vide AMOENITAS, AMOENA LOCA.

In Littera A.

Inamena.

*Strabo lib. Geographia 9.* scribit, Scolon esse vicum quem piam Alopiae sub monte Citherone, sedem inamenam, in *L. B. Theat. vita Human. Tom. IV.*

cultam, infrugiferam, asperam. Atque hinc vulgò proverbium manavit:

*Nec per te Scolon ipse, nec ulli alii comes isto.*

*Erasm. in Adag.*

Tenebricosa.

Nona Aegypti plaga tenebrae fuerunt pertriduum, etiam tactiles, ut toto illo triduo neminem hominem homo viderit, neque se loco moverit: cum iterum Itraelitarum omnes lucem in suis haberent sedibus. *Exod. 10.*

De Cimmericae regionis prodigiosa obscuritate, *Strabo l. 1. Geograph.* scribit in hunc modum: Quin Bosphorum quoque Cimmericum cognovit, ut qui Cimmericos non ignoravit. Neque enim videlicet, cum Cimmericorum nomen cognitum haberit, ipsos ignoravit: qui temporibus illius, vel paulò ante illius atatem, è Bosphoro ad Joniam usque terram omnem percurrarint. Itaque quoniam in climate fita sit illorum regio veluti inuit, cum eam caliginosa facit, & ut ipsius verbis utat:

*Υμbris ac nebulis testam: squidem igneus illos*  
*Haud unquam irradiat Phœbus, nox atra seâ illis*  
*Ingruit assidua.*

Potrà locus quem Strabo citavit, quamquam verbis aliquot divarians à Poeta, est apud Homer. *Odyss. 11.*

*Αἴθις ἰλλε Ὀκεανὸν περὸν ἴσσημα πρὸς ἄνδρα.*

*Illic sunt populique & mania Cimmericorum,*

*Nubibus & caea assidue caligine tella.*

*Illos haud unquam radiis sol aspiciit ardens.*

*Nec quando asphriferum curru petit ardens axem,*

*Nec rursus ad terras magno de velis Olympo:*

*Sed nox incumbit miseris mortalibus aera.*

*Erasm. in Adagis.*

STEPHANUS tradit, Aphannas locum quempiam esse Siciliae vehementer obscurum & ignobilem, unde & nomen adductum apparet. Hinc natum proverbium, *ἦνός Αῦφνας*, id est, Aut in Aphannis: de incertis, & quae nulquam sunt. Zenodotus ait natum ex hujusmodi casu. Sybaritæ quondam oraculum adentes, orabant, ut tibi victoriam advenis Crotoniacis concederet, idque Crotoniis ipsis praesentibus. Quidam autem Crotoniatarum pro jocum reponit ad hunc modum: Istam quidem consequemini in Aphannis. Sybaritæ credens id à Deo responsum, admiratus est, quid tibi velle hoc verbi Aphannæ. Proverbium air quadrate in eos, qui se putant invictos, & nulli tolerandos esse. Verum Stephani magis probatur interpretamentum. *Erasm. in Adag.*

Georci & Alani Scythæ sunt. Hinc fit, ut Alania à quibusdam vocetur. Pars regni hujus triam diem circuitu tam densa obducta est caligine, ut ob tenebras fieri necesse nemo locum subeat, nec cernere fit aliquid in ea densitate tenebrarum. Qui proximè habitant, exaudiri apte inde voces hominum, & gallorum cantum, hincum equorum, nec horum quidquam videri, regionem ipsam Anifen vocari. Fluit ex ea terra annis, qui suo in vectu arguit locum non esse sine humano cultu. Haytonis qui ad hæc usque loca pervenisse se ait, auctor est, in Gorgianæ gentis monumentis proditum, Christiani cultus manum ingentem in ea olim loca compulsum impia Savorini Perlanum regis insectatione. Ceterum cum hostile ferrum fugientium cervicibus immineret, miraculo evenisse, ut profuga multitudo tenebris fit repetente oblecta in munatissimè valli speciem. *Sab. lib. 6. Em. 10.*

Laponibus Sol occidit & ducit noctem unam per tres ferè menses brumæ, per quos non habent lucem, nisi qualem crepuscula clarissima quidem, sed in paucissimas horas, qualesque lunares splendores faciunt. Itaque diem quo Sol ad hemisphaerum redit, festum habent, & ducunt lætiam solenni festivitate. *Zigel. in Scandia.*

Olifantum. Loca

Grægantia.

Sabæi gens Arabum populosissima, felicem Arabiam incolunt, eorum que apud nos sunt pretiosissima, ferentem plurimam, ac omni pecoris genere apprime copiosam. Oloribus insuper suavis, quos passim natura apud eos cognit, omnes ferè alias superat nationes. Nam in maritimis locis balicum oritur & calia, quaedamque herba natura singulari, quæ recens aspectu oculos oblectat, inveterata subito fit debilis. Mediterranea pars sylvas continet amœnas, in quibus magna sunt thuris ac myrrhæ arbores: palma insuper, arundines ac cinnamomum, & alia his odore similia. Neque enim referri possent singulorum species ac natura, adeo licentur multi in eam odorifera natura exaggeravit. Divina quaedam res est, & Uuu 3 que



A qua verba superet, suavis ad nostrum sensus ab eis spirans odor. Et sane longè quoque a continenti navigantes hanc odorum voluptatem percipiunt. Veris enim tempore venti à terra perflantes, ab hujusmodi arboribus odores ad propinqua maris loca perferunt. *Diod. l. 3. c. 3.*

Refert Gregorius Agricola, Maribergi in Saxonia, dum ex argentaria fodina divorum Sebastiani & Fabiani, coram Henrico Saxonum principe erueretur argentum, tam fragrantem odorem erupisse, ut princeps exclamaverit, Calcetum adesle: est enim ea urbs Indiae, quae odorata omnia mittit. *Cardanus de Subtil. lib. de Mistis, seu metall.*

Regio quae ad locum Judaeae Asphaltitem est, ipso soterio divinae itae in Sodomiticam Gentem sevientis vestigia retinet.

SECURITAS. HUC LOCA

SECURITAS. TUTA

A Terramotu.

B Gallia & Aegyptus tremotibus minimè quatuntur, hæc propter calorem, illa propter frigus intensum. Nam aestate & hyeme terra raro movetur, vere & autumno crebrius. *Plinius l. 2. c. 8.*

A Viexterna, propter

Munitiorem. Loca munita natura vel arte.

SESOSTRIS rex Aegypti, in omni ora, quae à Memphi ad mare spectat, frequentes à Nilo duxit fossas, simulque munit ca loca, quibus ad Aegyptum patere hostibus ingressus possit. Antea potior ferè Aegypti pars omnis aditu facilis, propter frequentes à fluvio ductas ab eo fossas munitior difficultiorque accessu postmodum facta est. *Diod. l. 1. c. 4.*

JOSEPHUS scribit, Aegyptum tam munitam, & aded fertilem, ut uncidos mortales pascere, Deos ipsos excipere hospitio, & salvere posse gloriaretur: nunquam tamen fuisse ab omni avo liberam, sed segum impotentem pressam tyrannide. Id quod ed videtur mirabilis, quia illi ad laudem in primis datur, quod sit quaquaversus mirum in modum munita, & inaccessibilis penitus: hinc mari, illinc deserti vastitate objecta, dextera montibus abruptissimis, sinistra palustribus aquis diffusissimis. Proinde Caesarem victorem ajunt Aegypti regnum Cleopatrae stititque ejus minori permisisse, verum provinciam facere, ne quandoque violentiorem praesidem naeta, novatum rerum esset materia. *Diod. l. 2. c. 21.*

Peninsula ferè Arabi inter duo maria Rubrum Persicumque proticens, quodam naturae artificio ad similitudinem atque magnitudinem Italiae, mari circumfusa, in eandem etiam cœli partem nulla differentia spectat. *Plin. l. 6. cap. 27.*

Aegina insula è mari longè omnium quae in Graecia sunt, aditu difficillima est. Incingitur enim undique asperis caulis, ac caecis dorsis. Eas moies contra praedonum excursionses & omnem hostilem impetum de industria fecisse dicitur. *Pauf. in Corinth.*

Italia inter plurima dona habet tria amplissima, quibus ad tantum majestatis fastigium res Romana conscendit. Unum quidem quod instat insulae turta in circuitu maria custodiat, paucis exceptis partibus, quae tamen inaccessibili muro, in portibus sint: & quod sibi portus existunt, magnitudine & excellentia mirabiles adsunt, adversus externorum impetus commodi, nec minus ad inferendas incursionses, quam ad ipsam mercaturae commoditatem & abundantiam. Tertium aeris universi temperies, cui subiacet. Ad quam varietatem animalia, arbores, & (ut paucis simpliciter dicam) cuncta quibus utilissimus mortalibus victus suppeditetur, plurimum diversitatem habent, sive bonum, sive malum dixeris. *Sirabo libro 6.*

INFESTA LOCA

Ab igne.

Vide Tit. Ignis ubi.

A Ventis.

Vide Tit. Mariana in fragilis obnoxia. Apud Methonem Peloponnesi urbem Pallados fuit templum aeginae. Diomede simulacrum dicitur: quod ante id violentiorum loca ea venti insigniter oblaederent, haud tempestive satis perflantes: qui mox suis Deae precibus desierint, nullumque deinceps calamitatis genus incolis indidem enatum: unde connoctum Minerva est adepta. *Cel. lib. 20. c. 24. A. L.*

Procop. lib. 1. de Benevento Italiae oppido ita ait: Quondam praecidit dixerit Maleventum; id namque oppidum Dalma-

tiae ex adverso oppositum est, continenti que situm: in quod spiritus violentior quiddam & acerbissimus ingruere consuevit, qui utique ubi flare caperit, non fortis iter agere, sed domi se quisque conservare tremor. Nam venti hujus ea est violentia, ut vel equitem cum equo simul arreptum, sublimem mox deserat, diuque per aërem circumactum, & quocumque tulerit casus, projectum interimit: unde & Maleventum, ut in edito positum, ex eo vento tolerat diffidit sortitus est nomen.

Portus est in Islandia, mari glaciali vicina, sub regno Norvegiae, vulgè Deslrabod, Occidentalis portus dicitur, penes quem in littoralibus spatiis & campis obequitates ad maiori potenti statu Circae prostrantur. Sunt praeterea montes in Hybetria mediocri sublimitate in pluribus locis eminentes: in quibus, si quis iter Circoe stante perficere tentaverit, aut ruinam exspectare cogetur, aut suffocationem. Tam noxii sunt venti in Occidentalibus Norvegiae ripis, ut nec arborem, neque fruticem geminare permittant. Quo fit, ut ob eorum defectum in ignibus instruendis, cibisque coquendis, offibus magnorum piscium utantur. In occidentalibus Butiniae littoribus tapit integra tecta domorum, eaque per immensam terrarum spatia dissoluta dispergit. *Olaus Magnus l. 1. c. 10.*

A Terramotu.

Ex Tit. Terramotu huc multa. Illic paupertatis homini accidit: hic loci habetur ratio.

Quaedam terrae ad ingressus tremor, sicut in Gabienfi agro non procul ab urbe Roma, jugera ferme ducenta, equitantium cursu: similiter in Reatino. *Plin. l. 2. c. 94.*

Meandri loca tremotibus obnoxia. *Sirabo l. 12.*

A Daemonibus.

Malignos spiritus legitimus frequentiores esse in pagis, quam oppidis, & in desertis & aquosis locis, quam in pagis, ut est in *Job 41. cap.* Quapropter maligni spiritus de nocte flammanes (stultos ignes appellant nostri) secundum aquas spectantur plurimum, & ad submersionem homines provocant. *Bodin. l. 3. Deum. c. 6.*

De Actaeone vulgatum inter Orchomenos fuit, vexari ab ea larva agrum, quae fax ejus (quod est inter Plataeas, & Megaras) insideret. Ea de re consulto oraculo Delphico, iusti sunt, si quae reperissent Actaeonis reliquias, eas ut terraarent: praeterea ut larva simulacrum ex aere factum ad laxum alligarent. Actaeoni quidem quotannis parentant. *Pauf. in Boeotia. Vide Tit. A. canibus lacerati.*

Est insula Aegae, unde desluxum est Aegaei maris nomen, Neptuno facta, in qua non ferè quemquam posse consopiri, prodidit Nicocrates, ex phantasmatum Dei occurraculis, subinde quietem interpellantibus. *Cel. l. 30. cap. 9. A. L.*

In Parnasso monte Boeotiae Apollini consecrato, Bachanalia alternis annis aguntur, & frequens etiam Sarrorum coetus cernitur, & plerumque voces proptit exaudiantur: itemque cymbalorum crepitus ad aures hominum saepe pervenit. *Macrob. l. Saturn. c. 18.*

Marathonius campus spectris nocturnis horrendus. *Vide Tit. Sepulchra.*

Prius quam cadaver C. Caesaris Caligulae sepeliretur, horrorum Lamianorum custodes umbris inquietati sunt. In ea quoque domo, in qua occubuit, nullam noctem sine aliquo terrore transactam affirmant, donec ipsa domus incendio consumpta sit. *Svetonius.*

Cheroneisae sudatorium ob interfectum Damonem Petipertam spectris plenum. *Vide Tit. Severi erga judicium corruptores.*

In ea quae est circa Sytes Libya, & quandoque & maximè quieto à ventis tempore, apparent in aere diversorum animalium formae: quarum quaedam quiescunt, quaedam moventur. Et haec aliquid figunt, aliquid insequuntur: sed omnes magnitudine eximia, stuporem timoremque incisus praebent. Quae homines insequuntur, comprehensum frigido circumdant contactu. *Diod. l. 3. c. 4.*

Refert Divus Augustinus, quod vix quidam Tribunianus Hesperius, in Fusaletis territorio Africae fundum habuerit Zubedi appellatum, qui fuit infestus à malignis spiritibus, ita ut animalia & servos graviter affligerent. Domestica igitur hac calamitate coactus, accessit dominus fundi ad Ecclesiae ministros, rogavitque, ut aliqui ibi preces facere dignarentur.

Abit

A Abiit quidam eò, oravitque ardentem, & ferid, imò etiam ibi sacrosanctum Missae sacrificium obtulit, & protinus illa cacodemonum vexatio cessavit. Sed & in cubiculo suo terram sanctam ex sepulchro Christi Hierosolymis allatam susponderat, ne quid mali ipse pateretur. *August. l. 22. de Civit. Dei, cap. 8.*

Sub Ludovico II. Imper. demonium Moguntiacam civitatem per triennium miserè afflixit. Est in cubiculo suo terram sanctam ex sepulchro Christi Hierosolymis allatam susponderat, ne quid mali ipse pateretur. *August. l. 22. de Civit. Dei, cap. 8.*

Sub Ludovico II. Imper. demonium Moguntiacam civitatem per triennium miserè afflixit. Est in cubiculo suo terram sanctam ex sepulchro Christi Hierosolymis allatam susponderat, ne quid mali ipse pateretur. *August. l. 22. de Civit. Dei, cap. 8.*

In Cracoviensi tractu ad lacum quemdam per amplum, infestatione demonum piscationibus, & ulibus hominum exemptum, & hybernae glacie concretum, vicinos cum sacerdotibus vexilla, cruces, & reliquias sacras, quibus vis demonum propularetur, ferentibus piscandi gratia convenisse tradunt anno Chr. m. cc. lxxix. Immissio autem reti, primo quidem tractu contententibus piscatoribus, ites pulciculos, altero nihil nisi rete convolutum, tertio denique monstrum horrendum captivo capite, & in speciem ignis ardentibus oculis extractum esse. Territis autem ac diffugientibus cunctis, spectatum illud sub glacie se immersisse: ac toto lacu discursans, terribilem strepitum, & sonitum edidisse, afflatoque ab eo nonnullos homines, scia ulcera retulisse. *Cromer. lib. 9.*

Apud Aquilonares populos solent nocturni viatores, gregumque, & armentorum excubis intenti, portensis diversi generis circumfundi mirifico concentu. Hunc nocturnum monstrum ludum vocant incolae Chordam Elvarum. De quibus eam habent opinionem, quod animi eorum hominum, qui se corporis voluptatibus dedunt, corporibus illapsi circa terram volentur. E quoque numero credunt eos esse, qui se adhuc nostro saeculo, in effigie humana accommodare solent ministeris hominum nocturnis horis laborando, quoque & iumenta curando. Vestigia certe harum larvarum manè interdum in herba rosida deprehenduntur, interdum vero ceu igne exela conspiciuntur. *Olaus Magnus lib. 3. cap. 11. Sept. Gem.*

In Islandia insula sub polo Arctico, promontorium est quod instat Aene perpetuis ignibus aëtur. Ibi locus esse creditur poenae expiationisque fordidarum animarum. Illic nempe submerforum, sive alio violento casu tnectorum spectra sese offerunt congressibus notorum hominum tam manifeste, ut tanquam viventes excipiantur ab ignis mortis illorum data dextra. Nec deprehenditur error, priusquam disparuerint umbræ. Incolae plurimum praegiantur fata principum, quid ve remotius in orbem peragravit, revelationibus apparentem spectrorum. *Olaus Magnus lib. 2. cap. 3.*

L. B. Theat. viae Human. Tom. IV.

Arx est in extremis tereis Finlandiae supparatis, regno Sveciae subiecta. Nova arx dicta, eò quod miris ingenis extructa, arte naturaque munita sit: nam in rotundo monte collocata est, unicum habens introitum & exitum versus Occidentalem partem: idque per ratem emporibus catenis ferreis alligatam, quae fortium labore singulis diebus trochlearum beneficio, ob aquarum impetum, per noctem à custodiis ad unam partem fluminis attrahitur. Hoc castrum preterlabitur vastissimus fluvius inextinguibilis profunditatis, ex albo lacu descendens: à fundo nigri coloris efficitur, praefertim in circuitu hujus arcis, ubi omnes pisces nigros habet, & generat, non tam ingrato sapore. Tandem verò nigrum lacum efficit, transiens per Viburgum. Ad hunc fluvium spectra subinde apparent, & imminente morte praefecti arcis vel militis alicujus, citibarcus per noctem in mediis undis ludens conspiciuntur & audiuntur. *Olaus lib. 20. cap. 19. & 20. Genium Septentr.*

Sterlingi arx in inferiore Calidonia, mons Dolorosus olim dicta, quod noctu illic gemitus & clamores exaudirentur. *H. Boeth. lib. 4. Scor. hist.*

Domum horrendis umbratum figuris infamem à se habitatum Romae, *Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 23.* narrat.

Augerius Ferrerius medicus Tholosae elegantes aedes & bono loco ad Burfam sitas minimo condidit, an. m. d. lxxviii. quia malignus spiritus inquilinos earum infestabat. Sed cum illud audivisset, quod nunquam crederetur, non posset tunc adiri cellam, nec quietem interdum capi: monitus, Lulitanum quandam studiosum in urbe esse, qui res occultas in ungue puerili videntur exhiberet, fecit, ut studiosus ille sua arte mteretur. Puella vero consultata dixit, mulierem à se videri ornatam accuratissime preciosissimam catenis & auro, quae ad columnam quandam manu gestabat tectam. Itaque Lulitanus respondit medico, ut in cella ad columnam humi curaret fodi, thesaurum ab iplo inventum iri. Gaudens medicus fodi iussit: sed cum thesaurum inventum prope cogitaret, exurgens turbo exstitit lucem, & spiraculo cellae exiens, ad 14. pedes prothrum fregit in propinquas aedibus, quarum pars in pinnyrum corruit, pars in cellae spiraculum, pars in mulierem ferentem aquam, cujus hydria effracta est. Nihil postea à spiritu audium unquam. Lulitanus postredie factus de re tota certior, thesaurum dixit à spiritu exportatum esse, mirari se, quod medicum non offenderit. Hæc die xv. Decembris an. m. d. lxxviii. gesta sunt, claro & sereno caelo. *Bodin. lib. 3. Deum. cap. 3.*

Petrus Mamotius in Gallia narrat, Consulenti ad Viennam fluvium historiam accidisse in Caplandi cuiusdam aedibus anno m. cccc. lxxviii. diabolum, qui animam defunctae se esse praedicabat, gemitibus, clamoribus & querimoniis omnia complevisse, monentem habendas preces, peregrinationesque obeundas, & res plurimas revelantes: sed dicente ei quodam, Si tibi vis haberi fidem, dic Mihi tere me Deum secundum, &c. respondisse: Hoc à se fieri non posse. Tunc ludificantis ipsum us qui adlabant, tremebundum aufugisse. *Bodin. lib. 3. Deum. cap. 6.*

Ab Hostibus.

Thessalia regio facilis occupatu, cum obstructo uno Penei alvo, tota aquis submergi possit. *Vide Tit. Regiones fluminibus abundantes.*

In Anglia Daci praedones incurantes, à Britrico Rege Occidentalium Saxonum repelluntur, ann. Dom. 784. Sed illi cognita solitertate, haud multò post reversi, cum Anglis de possessione certantes, bonam partem ejus terrae occupant, atque ita regnum Northumbriae à 785. triginta & amplius annis, tam finitimum quam Barbarorum injuriis expostum fuit. *Polyd. lib. 4. Angl. hist.*

Belnuarum incurfu.

Norvegiae litus à castro Vardhus infestum est verno tempore balenis vastè magnitudinis, adeò quòd ad centum perveniant cubitos. Hæc tunc gregatim conveniunt ad prolificandum. Naves quae vel in earum corpora, vel in vortices aquarum, quos hæc faciunt (instat Charybdis) agitatione sua elata fuerint, periclitantur. Remedium est autem navigantibus, castrum diluatum aqua, & in mare effusum. Hoc tanquam aconito petitus grex balenarum, totus repente dissipatur.

Vuu 4 &



